Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Martiris ad celos ut uoces
uba dederunt Brachia car
nificum sic protinus indoluerunt
ac si non Prisca sed eos
ferrum lacasset. Quam nisi
soluissent hos Prisce
pena necasset. Vbi beata
Prisca in ignem proiecta est
sed pluuia et uentis vali
dis. extincto rogo sancta
martir illesa permansit.
elementis ei in omnem ex
auxiliantibus.

Claudius insipiens
quid agat cepit medi
tari Hinc quam non vicit
ferro. iubet igne crema
ri. Ilico lignorum manipli.
sarmenta globantur Igneque
submisso flamme surgen
do comantur. Sic crepi
tante rogo. martir iac
tanda leuatur Ignibus in
mediis sed ei pira non
donatur. Celitus extincta
friget rogus umbre
ruente. Atque cibos ignis
uento ualido rapiente.
Quia flaminei torre
bant ethra calores Dant
Prisce votis aqueos
elementa fluores. Vbi
cesar comam beate
Prisce iussit abscidi
putans in ea maycam
artem consistere.
Vim maleficiorum.

Vt puto cesar ait. Prisce
prestigia nectit Larga fluens
capitis coma. quis elementa
reflectit. Ad propos nutus quod
si fuit spoliatus Maya diffu
giet que crines est comita
ta. Protinus eximium sponse xpi
tegumentum. Aurea cesaries
tondetur more bidentum.
Est agni sponsa sic a[illegible]
quippe secuta. Coram
tondente qui gessit
gutura muta.